

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## **M. Vitruvii ... De architectura libri decem**

**Vitruvius  
Frontinus, Sextus Iulius**

**Argentorati, 1543**

Capvt. I


[urn:nbn:de:bsz:31-128539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128539)




## DE FORO. CAPVT I.

GRAECI in quadrato amplissimis & duplicibus porticibus, fori  
constituunt, crebrisq; columnis & lapideis, aut marmoreis epistylis  
adornant, & supra ambulationes in contignationibus faciunt. Italiae  
uero urbibus non eadem est ratio faciendū, ideo quod à maioribus con-  
suetudo tradita est gladiatoria munera in foro dari. Igitur circum specta-  
cula spatiosiora intercolumnia distribuuntur, circaq; in porticibus argen-  
tariae tabernae, mœnianaq; superioribus coaxationibus collocentur, quae  
& ad usum, & ad uectigalia publica recte erunt disposita. Magnitudines  
autem ad copiam hominum oportet fieri, ne paruum spatium sit ad usum,  
aut ne propter inopiam populi uastum forum uideatur.

Latitudo



Latitudo autem ita finiatur, uti longitudo in tres partes cum diuisa fuerit, ex his due partes ei dentur. Ita enim oblonga erit eius formatio, & ad spectaculorum rationem utilis dispositio.



Columnae superiores quarta parte minores, quam inferiores sunt con-  
stituentur, propterea quod oneri ferendo, quae sunt inferiora, firmiora de-  
bent


P a bent

ticibus, fora  
oreis episty  
ciunt. Italia  
ioribus con  
rcum specta  
icibus argen  
centur, quae  
agnitudines  
fit ad usum.

Latitudo

bent esse, quàm superiora. Non minus quòd etiam nascētium oportet imitari naturam, ut in arboribus teretibus, abiete, cupresso, pinu, è quibus nulla non crassior est ab radicibus, deinde crescendo progreditur in altitudinem, naturali contractura peræquata nascens ad cacumen. Ergo si natura nascentium ita postulat, recte est constitutum, & altitudinibus & crassitudinibus superiora inferiorum fieri contractiora.

GRAECORVM FORVM ATQVE LATINORVM MORE PERFIGURATVM.




DE ARCHITEC. LIB. V. 119

Basilicarum loca adiuncta foris, quàm calidissimis partibus oportet constitui, ut per hyemem sine molestia tempestatum se conferre in eas negociatores possint. Earumq; latitudines ne minus quàm ex tertia, ne plus quàm ex dimidia longitudinis parte constituantur, nisi loci natura impedi-erit, & aliter coegerit symmetriam commutari. Sin autem locus erit amplior in longitudine Chalcidica in extremis constituantur, uti sunt in Iulia Aquiliana. Columnæ basilicarum tam altæ, quàm porticus latæ fuerint, faciendæ uidentur. Porticus, quàm medium spatium futurum est, ex tertia finiatur. Columnæ superiores minores quàm inferiores (uti supra scriptum est) constituantur. Pluteum quod fuerit inter superiores columnas, item quarta parte minus quàm superiores columnæ fuerint, oportere fieri uidetur, uti supra basilicæ contignationem ambulantes ab negotiatoribus ne conspiciantur. Epistylia, zophori, coronæ, ex symmetrijs columnarum, uti in tertio libro diximus, explicentur.

Non minus summam dignitatem & uenustatem possunt habere comparationes basilicarum, quo genere colonie iulie fanestri collocati, curaque uiq; faciendam, cuius proportionibus & symmetriæ sic sunt constitutæ. Mediana testudo inter columnas est longa pedes . cxx . lata pedes sexaginta. Porticus eius circa testudinem inter parietes & columnas, lata pedes uiginti, Columnæ altitudinibus perpetuis cum capitulis, pedum quinquaginta, crassitudinibus quinum, habentes post se parastatas altas pedes uiginti, latas pedes duos semis, crassas pedem unum semis, quæ sustinent trabes, in quibus inuehuntur porticum contignationes. Supraq; eas alie parastatæ pedum decem et octo, latæ binum, crassæ pedem, quæ excipiunt item trabes sustinentes canterium & porticum (quæ sunt submissa infra testudinem) tecta. Reliqua spatia inter parastatarum & columnarum trabes per intercolumnia, luminibus sunt relicta. Columnæ sunt in latitudine testudinis cum angularibus dextra ac sinistra, quaternæ, in longitudine quæ est in foro proxima cum iisdem angularibus octo, ex altera parte cum angularibus sex. Ideo quòd mediæ duæ in ea parte non sunt posite, ne impediatur aspectus pronatæ edis Augusti, quæ est in medio latere parietis basilicæ collocata, spectans medium forum & ædem iouis. Item tribunal est in ea æde hemicycli schematis, minore curuaturâ formatum. Eius autem hemicycli in fronte est interuallum, pedum quadraginta sex.

introrsus curuatura pedum quindecim, uti eos qui apud magistratus starent, negociantes in basilica ne impedirent.



Supra columnas ex tribus tignis bipedalibus compactis traves sunt circum collocatae, eaeque ab tertijs columnis, quae sunt in interiori parte, reuertuntur ad antas, quae à pronao procurrunt, dextraeque et sinistra hemicyclum tangunt. Supra traves contra capitula ex fulmentis dispositae pile sunt collocatae, altae pedibus tribus, latae quoque versus quaternis. Supra eas ex duobus

duo  
in  
pro  
dio  
secu  
subl  
r un  
gna  
testu  
adat

A  
curi  
qua  
alit  
sum  
tere  
bari  
tanti  
aut  
aere

O  
berri  
est se  
lectat  
tes ha  
lustr  
porib